

Or. Hausarchiv K. 1 L. 4 n. 220.

Nos Edwardus Dei gratia rex Anglie, dominus Hibernie et dux Aquitanie, Iohannes de Virnenburg prepositus Xanctensis, Iohannes decanus Maguntine ecclesiarum, frater Henricus de Zippelingen commendator^a domorum ordinis sancte Marie fratrum Theutonicorum in Olmen^{b.1} et in Werde et Dippoldus dictus Guzze miles de Lipham, nuncii seu ambassatores serenissimi domini nostri domini Ludowici Romanorum imperatoris, universis presentes litteras inspec-turis et audituris noticiam subscriptorum cum salute.

Ut^c emulorum falsa suggestio confutetur et gestorum veritas clarius comprobetur, sciant tam presentes quam futuri, quod uniones, lige et ordinationes inter dominum Ludowicum imperatorem et nos Edwardum regem Anglie memoratum pro iuribus, honoribus et bonorum nostrorum mutua recuperacione et conservacione facte, concepte et conscripte sunt^d, prout conscripte sunt^e, per dominum imperatorem et nos Edwardum predictos coniunctim et divisim sunt mutuo observate nec in aliqua sui parte lese quomodolibet vel confracte, et quamdiu ipse dominus imperator et nos vixerimus, fideliter et firmiter conservande. Si vero per quempiam dictum, allegatum vel assertum fuerit in contrarium, illius assertio veritate carens falsa et emula ab omnibus habeatur. Et nos rex prefatus omnia et singula predicta faciemus, prout oportunum fuerit, publicare. In quorum testimonium tam nos rex, quam nuncii supradicti sigilla nostra faciemus hiis apponi.

Dat. apud Bruxssell(es)^f, secundo die Augusti, anno Domini millesimo trescentesimo tricesimo nono.

Alle fünf Siegel wohlerhalten am Pergamentstreifen.

LXVIII. Kaiser Ludwig erhebt den Franciscus von Polizzi zum Pfalzgrafen von Capizzi. 1341 Juni 18.

Or. Hausarchiv n. 253².

Ludowicus quartus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus nobili viro Francisco de Policio suo et imperii fidei dilecto gratiam suam et omne bonum.

a) 'r' auf Rasur. b) 'Olmen' Or.; 'Oliven.' Rymer. c) Auf Rasur.
d) So Or. Ist zu tilgen. e) 'prout conscripte sunt' mit hellerer Tinte über der Zeile. f) 'Filford' Rymer.

1) Ulm. 2) Vermuthlich nicht abgegangen. Das Siegel ist wenig verletzt.